

ad artis regulas disposita, extractaque sint? Quomodo igitur fieri potest, ut qui tempus omne, curamque transmittit in familiis suis sollicitis augendis, in aleis, conivulis, aliisque oblectamentis, ea intelligat, quae sublimia, necessaria, & supernaturalia sunt, perfunctorie tantum leviterque animus illis advertens? P. Duncan Sermon pro quarta Dominica post Pascha.

Quaenam haec dicitur mala in rebus publicis, & Ecclesia per ignorantiam nisi adesse magistri, & doctores, a quibus agnari edo verentur.

Ignorantia generatur tempore vitium est, quod potius omnis, & debet vitare.

Varia Religio-num, quae fuerunt, hodieque sunt in mundo; ostendit hominum ignorantiam in cogitatione Dei.

lice Academia oblatum anno 1693.

Quilibet eam ingreditur viam, in quam fortuna, vel honore suo trahitur; suae tantum vacat utilitati, gloriæ, incremento; sequitur res suas, consilia, inanes omnes vitae suae rationes, quin cogitet, quo hac omnia fieri evadant. Sese mancipat errori mentis suae, ut cordis sui vias sequatur; & cumulus malorum hominis est, quod ferme neque viam, qua graditur, neque locum, quo tendit, agnoscit. Nihil ignorare vult præter ea, quae ad salutem suam pertinent. Gressus omnes, quos hoc in itinere facit, illum occupant, & terminus solus, quem ignorare videtur, illi negotium nequaquam facessit. Scire vult quidquid sibi in vita fit eventurum, quin curet, quid sibi eventurum sit in æternitate. P. Rapius libro de salutis momento.

Non satis deseri potest hæc mortalium in iis, qui ad Religionem pertinent, ignorantia. Cum coram illis de præcipuis eorum officiis verba fiunt, illos obtusescere intueris, perinde ac in Ecclesia, illos nequaquam inuiturū fuisse, atque hospites essent hoc forte advehi ex aliquo loco, quo Evangelii nomen minime pervassisset. Si illis, exempli gratia, dicis nobis penitentem, ac laboribus plenam vitam esse ducendam; neminem salvari posse, nisi Jesum Christum sequatur, hunc autem se qui neminem posse, nisi qui singulis vitæ diebus crucem illius deserat: si dicis, Deum non nisi cordis gemitu exaudire, & totum hunc laborum motum, cui omnis attentio deest, non nisi cum contemptu, atque indignatione ab eodem spectari; si dicis, nullum suscipiendum esse ambitio-nis consilium ab honore occupandos, ceteraque illis religionis veritates enarras; videsne ab illis hanc sermonem intelligi? Nequaquam. Auctor Anonymus.

Sæpe nonnulli putant, se cum Deo in gratiam rediisse, neque intelligunt se in peccato mortali versari. Abusus est, o Fideles, cum hæc fallax veritas proficiscitur ex adjecta ignorantia, ex conscientia licentia, quæ sibi lata constituit principia, quæ pro norma sequitur pravam consuetudinem, adulantium approbationem, solutorum hominum exempla, & quosdam mores, qui in qualibet professione inoleverunt. Nemo innocens coram Deo, qui ea, quæ scienda erant, ignoravit; tunc vero potissimum cum dubitationibus quibusdam agitur conscientia, quibus licentiam afferre detrahit, quarum ratio afficiuntur, & cum quibus ut plurimum toto vitæ sue spatio operantur, cum quibus tamen mori minime vellent. Hæc dubitationes, quæ libenter scrupuli vocantur, & infirmitates quæ tamen purissimi sunt divini luminis radii, cum quibus tot sunt superficiales confessiones, quin unquam omnino illæ auferantur; hæc dubitationes adeo solidis inhzrentes rationibus, adeo raro ad examen vocatæ, adeo fortiter rejectæ; hæc, inquam dubitationes coram Deo nos inexcusabiles reddunt. P. Cbeminalis, Ser-mone de Conceptione.

Christianæ veritates iis omnibus patent, qui de illis cupiunt erudiri, inveniuntur in libris, audiuntur in concionibus, & ex priorum virorum colloquiis percipiuntur. Verum si facile est illas theoretice assequi; non ita est illis ut veluti lumine quodam ad vitæ rationem insituentiam. Amor enim proprius, qui non semper prohibere potest, quominus in memoriam ingrediatur, efficit, ut plerumque ibi steriles immoretur, videlicet, ut nunquam pro vivendi norma assumantur, ut illis nunquam actiones nostras conformemus, ut nunquam inde eriamus illusiones, quæ magis naturales, & certæ sunt; ut nunquam animum subeant, nisi cum de illis incidit sermo; & tandem ut illas preter propter infirmiam veluti veterum Philosophorum placita, quæ memoriter didicimus tanquam scientiæ, & eruditionis ornamenta, sed quæ non efficiunt, ut moribus nostris insituentibus animum adiciamus. Hinc fit, ut cum audiunt, homines doctos convictos fuisse; ea, quæ operantur, nequaquam licere; hæc illis perniciem afferre posse; his divina lege interdicitum esse; tam parum moventur; ut quælibet res eos valeat confirmare. Quis non videt, rationi illorum affectum offundere caliginem, eosque in voluntaria hac ignorantia detinere? Essai de Morale.

Tomo 3. de suspensus cognitione. Quamplures vivunt in crassa Religionis suæ ignorantia propter amorem proprium, vivendique licentiam; placet enim officium ignorare suum, cum quod faciendum est, non ardet. Quinam status magis metuendus est; & quinam meretur minus? Qui male agit odit lucem, inquit mundi Salvator, & non

Homini-um in iis, quæ ad salutem pertinent, ignorantia.

Ejusdem argumenti.

Plurimum ignorantia circa statum conscientie lux.

Veritates Christianæ theoretice latius intel- liguntur, sed prædicatione igno- rantur.

Per licen- tiam vive- re volu- mus in of- ficio-nis nostrorum, & Christi- anarum ve-

vitium ignorantia.

& non accedit ad lumen, ne detegat malum, quod operatur. Eo factum vivimus, ubi ignorantia voluntatis potius vitium est, quam mentis defectus. Fugimus disciplinam, cum morum reformationem perhorrescimus. Officiorum omissiones, a sanctissimi legis sine ulla causa dispensationes, contra-rius illegitimi, fœnora, conscientia systemata pro animi libidine concinnata; omnia probantur, omnia favore voluntatis hujus caliginis, quam cordis corruptio offundit, & arbor proprius fovet, æqui, hodieque sunt. Cum ignorantia status fit tranquillius, ac nullo fiet labore, comque amorem proprium, omneque affectus in pace relinquat, semper plurimos affectas habet. At adeo nefaria ignorantia poterit esse infusa contra leges Evangelicas titulus? Ignoras officia tua; at nonne in te positum erat, de illis edoceri? Non desunt in Israël Prophetæ, neque Doctores, at bona voluntas deest. P. Croiset Tomo 2. Considerationum.

Non des- sunt in ce- teris rebu- s; docti viri, qui suam Religio-nem igno- rant.

Quot in mundo sunt eloquentes, disertis, litteratis, eruditi; quæ mulieres scizæ ingenii acuminis prædixit, quæ nulla urbanitas latent officina, & quæ unice suam religionem ignorant! Sciunt mundum, sciunt sexcentas historiarum, omnes recentis formas, ludosque omnes scientiarum. Quærun- homines sexcentas dicere exercitiationibus honesto viro dignas, & honestis hic vir adeo scitus in ne- gationibus, adeo in omni sermone peritus, qui militarem artem in primis novit, qui apud omnes tamen habetur in pretio; virgo hæc, aut mulier nobilis, quæ memoriter tenet omnes ferme fabulosas historias, & carmina amatiora; hæc adolescentula, quæ musicis instrumentis omnibus ad miraculum ut- que passere didicit, atque in cœcibus omnibus quibet: mortales hi adeo exultat, atque in cæteris quibuscumque rebus peritissimè fortasse moriuntur in

crassa essentialium suæ Religionis officiorum igno- rantia, quin ne prima quidem Christianæ fidei rudimenta, atque mysteria didicerint. Attamen lætantur, & in perniciofa hæc inficitia tranquillum spiritum ducunt. Quænam desperato, quoniam infelicitas tunc solum tandem desicci fieri, cum iam- jam imminet mors? Idem.

Satis intelligi nequit ignorantia, ac stupiditas eorum, qui militæ nomen ledere, in iis, quæ pertinent ad Religionem. Plerique totum vitæ suæ spatium traducunt, non solum quin Christianæ Reli- gioni munera obeant, verum etiam sæpe quin illa cognoscant. Diceret illos nullo in discrimine habe- re Deum, & hostes, cum quibus pralium sunt ini- turti; & quemadmodum bellum illos dispensare vi- detur a quocumque officiorum genere; ita habitum quemdam contrahere, ut ab omnibus erga Deum se officiis dispensent. Nisi plane, hoc verum esse, liceat affirmare; certum saltem est, cum bellum ars sit, ubi gloriæ sibi veritè nihil metuere, & omnia contemnere, ut promptus fese cuique ob- jiciat periculo, ubi occasio poposcit; sensim con- temptum hunc, atque duritiam, atque ad summum in solos hostes esset habenda, ad alios quoque, qui tales minime sunt, late se extendere. Hæc ipsa audacia, quam sibi laudi vertunt, sensim, & sine sensu ad ea etiam extenditur, quæ sanctissima ha- bentur, ita ut sine illa veneratione, & cultu ha- beantur; & ad ipsa usque religionis officia, a qui- bus se eadem tranquillitate dispensant, ac si nul- lus essent momenti. Cum bellum producat reli- gionis defectum in iis, qui hanc artem profitem- tur; religionis defectus in illis producit crudelita- tem. Liber, cui titulus, De Educatione Filiorum, a Joanne Pico editus.

Del igno- rantia in- mitibus.

IMPUDICITIA.

Amor impurus, & inhonestus, Luxuria, &c.

MONITUM.

SI vocat Apostolus, ne Fideles in hominum cœtu, ac familiari sermone impudicitie vitium ex nomi- ne appellent; potiori jure concionatoribus abstinendum videretur, ne de suggestu hæc de re verba facerent; periculum enim est, ne auditorum suorum polluant mentem, quin illis criminis horrorem injiciant. Verum cum impudicitia peccatum, quantumvis abominabile, atque in tot species divisi- bilis, adeo hodierna die familiaris sit, & quocumque corruptionem inserat præferens minus horri- bilis bilarietatis, morum sefirmitatis, relaxationis nomina; nihil est quod Evangelicis Ministris zelum magis inflammare debeat, ut maximum auferant impedimentum, quod hominum salutis adversetur, atque ut eodem tempore infirmorum criminum fontem exhauriant.

Fætor equidem nullum esse argumentum, ubi magis ratio habenda sit; seu ne aliquod elabatur vocabulum, quod puras aures ledere possit, seu ne nimis ad vitium per hypobiposim ea describatur ratio, quæ peccatum in cor vitam sibi facit, seu ne illa exhibeantur objecta, quæ illud excitare consueverunt; & demum ne quid dicatur, quod suscitare possit affectum male sopitum in illis, qui suapte natura in hoc scelus nitium sunt pro- ni. Quamobrem illis, qui Argumentum hoc adeo tenerum pervadunt, auctor lum; ne singulis vitiis hujus specibus immoretur, sed generatim dumtaxat de impudicitia loquantur, quin varia illius discrimina memo- rent; atque latius verba faciant de malis, quæ parit, de pernicioso ejusdem effectis, de occasionibus in cam- dem labendi, de penis, quas meretur, de scandalo, quod in omnibus statibus gignit, deque periculis, quibus obicit; quod satis ampliam, uberemque suppediat materiam sermoni roboranti, atque peritici.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Systemata.

I.

Sermo in duas dividi potest partes; quarum prior eos respiciat, qui nondum in turpissi- mum scelus hoc lapsi sunt; posterior vero il- los, in quibus hoc vitium longa consuetudine penitus infedit, atque inveteravit. Quod ad primos pertinet, aio, nihil facilius esse quam in hoc scelus ruere; & nisi summa cura, sibi, suisque moribus invigilaverint, in jugi periculo versari: Hoc pri- mum est punctum: alterum vero est, nihil difficil- ius esse, quam ex hoc cœno emergere, ubi semel lapsus fueris, & validam vitii hujus habitum con- traxeris.

Punctum primum. Facile est hoc peccatum com- mittere; r. Etenim naturalis quodam studio violen-

ter in illud impellitur; in nobis ipsis hunc ignem alimus; itaur nullo etiam exteriori obiecto sollici- tante, hic periculosus affectus principium suum ha- beat in corpore, quod nostrum metipsum partem constituit! Hinc illi, qui majori sanctitatis laude flo- ruerunt, nulla umquam graviora sustinuerunt certa- mina, quam contra hunc domesticum inimicum, cujus stipendia quodammodo sensus omnes movent, & qui statim quidem imaginationem, mentemque corrumpit, mox cor ipsum succendit, ac tandem dulce virus in ipsas usque medullas infillat. Hoc igitur vitium, opem ferente spiritu, ac voluntate, studium ipsum magis validum efficit, & peccatum, quod illius effectus est, magis difficile ad evitan- dum.

dam. De hoc inter austeritates, quibus corpus suum domabat, ac in ferventium redigebat, Sanctus Paulus conqueritur; hac de causa Sanctus Hieronymus inter desertorum horrores, sepe imaginatione se translatum dolebat in cœtus Romanarum mulierum, atque in corpore seipsum attrito, sub ipsius penitentia cineribus infelicissimæ hujus concupiscentiæ experiebat ardorem. Sancti Bernardus, Benedictus, Franciscus, atque alii quamplures, qui penitentia lacrymis, & pane doloris vescantur, non aliam inveniebant viam, qua hunc ignem extinguerent, quam sese gelidis immergere lacubus, vel inter vepres, ac dumos, vel super nives volutari. Ad hanc autem violentiam adeo, ac validam propensionem inhibendam non aliud occurrit admihiculum, quam mortificatio Christiana; eam vero e contra dâpam delitiæ, vestrum mollietis, luxus, & quiddid internalem hunc ignem accendere potest, fovet, atque inflammant. Numquid ergo non facillimum est statim hoc igne consumi?

2. Quia externa illecebra potens est, atque omnia conspiciat videntur, ut nos in scelus hoc pertrahant. Mulieres nihil inausum, intentanturque relinquunt, ut placeant; viri nihil prætermittunt, ut se amabiles præbeant, atque ad extremum usque blandiantur ille gloriam suam metiuntur, ex numero eorum, qui sibi inserviunt; hi vero se mundum nescire putant, si artem eorum captandi amorem ignorent. In hac autem mutua illecebra, que utrinque ignem accendit, non alia ratio est pudicitia tuenda, quam Apostoli consilio adhzrere;

ad Cor. 6. Fugite fornicationem. Sed quin occasiones adhzrere, atque ita evitetur periculum, considerate aliorum quidem, eas inquentium temeritatem, aliorum vero ab ipsis sibi nequaquam caventium imprudentiam; conversationes, affectus, mollia verba, reciprocæ amicitia protestationes, omnia adhibentur; & queritis adhuc, cur homines, cum adeo fragiles sint, adeo frequenter in hunc incidant scopolam, quem evitate non curant, & qui nonnisi fuga non potest evitari?

3. Naturali studio, quo ipsi in turpissimum hoc peccatum feruntur, externique illecebræ addit licentiam ea in re, ubi minimum quodlibet, dummodo voluntarium sit, grave peccatum est. Licet huic vitio hæreat infamia, sub nominibus minus turpibus, & que minus audientium aures lædunt, tegitur; & illi, quibus adhuc aliqua verecundiæ particula superest, abstant quidem a factis, quæ nequiora sunt; sed nullo habent in discrimine, mollia, blandaque verba, libros, epistolas, licentiam; quasi certi essent, virtutem suam labefactari non posse, quin cogitent, has omnes, quas sibi vendicant, licentias, ut Sanctus Hieronymus animadvertit, signa esse pudicitia jamjam interitura &c.

Pundum alterum. Difficillimum est ex hoc emergere vitio, ubi diuturno, fortique habitu convaluerit. Labyrinthus est, quo nomine veteres illud vocantur sexcentos habens aditus, exitum vero ferme nullum. 1. Quia mentem excacat, hoc liquet ex tot Scripturæ exemplis; nulla consideratio movere potest eum, qui huic vitio se abdidit; nihil eorum videt, que ipsam propius attingunt; bona, honestatem, auctoritatem, nominis exultationem &c. Mira cæcitas, & vix credenda in Davide, & Salomone &c. 2. Peccatum hoc omnem viæ rationem perturbat: familiaria negotia negliguntur; ad alienum augeat; voluptatibus tantum impenditur animus, quin ratio inquirat eas relinquendi, atque ad Deum revertendi. 3. Maximum obfcurum, quod hoc peccatum opponit, ne peccator convertatur, & redeat ad Deum, illud est, quod videlicet tandem omnes conscientia stimulos, Dei sensus, omnemque demum suffocant Religionem &c.

II. Pro divisione Concionis hujus argumenti desumi possunt illa Regii Prophetæ verba: *Via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.* 1. *Tenebræ* in omnibus viis eorum effusa, qui vitio huic se manciparunt; mira cæcitas, qui percussus sunt, & que prohibet, ne videant ea, qui vitio huic se obijciunt pericula: criminis, quod committunt, magnitudo; effectus, & mala, quæ inde consequuntur; quod profecto cæcitas satis amplum aperit campum, ubereque materiam suppediat. 2. *Lubricum*, propensio, quam immittit, ad quælibet maxima flagitia patranda non solum in his, quæ ad impudicitiam pertinent, verum etiam in quolibet genere, ut votorum summa obtineatur, ut omnes obices infrangentur, & auferantur, ut scelera contegantur, atque celentur; Quod illud Prophetæ

verbum exprimit *Lubricum*, lubrica videlicet via, qua in scelus abytum ruitur. 3. *Et Angelus Domini persequens eos.* Supplicia, quibus hoc scelus punire consuevit Deus, sepe in hac etiam vita delatiunt præter ea, quæ in altera reservantur.

III. Pro Concionis partitione hac etiam desumi possunt ejusdem Prophetæ verba: *Sedentes in tenebris, & umbra mortis; vinculos in mendacitate, & ferro.* 1. *Cæcitas*, quæ præcedit, & concomitatur hoc scelus, & quæ deinde impudicus a Deo ut plurimum percucitur. 2. *Turpis servitus*, ad quam infame hoc vitium eum redigit; obsequia ab eodem infelici creatura præstita, quæ, ut plurimum, omnes illius curas sibi in ludibrium vertit. Late hic etiam describi potest de angustibus, molestis, curis, quibus in dura hac servitute torquetur, ad infamis mulierculæ prævum ingenium, levitatemque fastidendam, Ullusne servus est, hoc calamitosior, & infelicior? &c. 3. *Miseria*, mala, desperatio, quæ turpe hoc vitium parit: in mendacitate, & ferro.

IV. Argumentum hoc pertractari potest in Evangelium: *Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto; & sermo in partes duas dividi potest.*

Quarum altera offendat impudicitiam vere esse abominationem in loco sancto, qui indignæ, & sacrilegæ polluitur; quia corpora nostra sunt templum Spiritus Sancti, quemadmodum testatur Apostolus, & nos ipsi membra sumus Jesu Christi, unde hoc infert Sanctus Paulus: *Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis.* Altera vero exhibet omnimodam desolationem, quam in anima nostra parit, illam gratis, donis, subsidiis &c. exuens, eamque in peccati, & demonis rediens servitatem.

V. Primum. Peccatum hoc Deo est contumeliosum, & licet non sit omnium peccatorum nequissimum, tamen adversatur, 1. naturæ illius; 2. Beneficio Incarnationis, in qua Deus factus est homo in sinu Virginis, ubi modo purissimum conceptus fuit; 3. fœderi, quod nobiscum percussit in hoc adorabili mysterio; 4. gratiæ ejus. Præterquamquod Deo eripit cultum eidem debitum, ut hunc miserè defærat creaturæ, quam sibi in idolum proposuit ille, qui infamam huic sese abdidit vitio. Denique voluptuosus Deo suum eripit cor, & amoris sui prælationem, eidem rem abiectionem, ac nullius pretii antefereus; unde Sanctus Thomas infert hujus peccati gravitatem. Secundo offendendum est, quæ funestum sit homini hoc crimen propter ea mala, quæ corpori, & animæ parit.

VI. Crudelis hæc, & periculosa cupiditas vulgo ignis vocatur, non a propheta tantum Auctoribus, qui non aliam usurpant ideam, illam indignitari; verum etiam in Bibliis: *Ignis est usque ad perditionem devorans &c.* Ita loquitur de eadem S. Job; ubi considerari possunt tres noxii hujus ignis proprietates. 1. Facile excipitur, & accenditur. Sufficit oculorum conjectus, gestus, vocula, cogitatio, que mentem subeat, memoria objecti, quod nimis curiose fuerit inspectum, verbo, satis liquet quam facile cupiditas ista excipitur.

2. Perniciosissimas deinde clades adfert, & mala, quæ reparari vix possunt. Ignis materialis intra noctis spatium, intra paucas horas late inflammare, atque in cinerem redigere potest integram urbem, illius templa, ædes, domos, omnesque ejusdem divitias absumere: sed hæc levissima est imago excidii, quod in anima, eodem flagrante ignis hic infernalis producit. Non solum omnes virtutes morales extinguit, sed etiam fidem; mox charitatem, ac denique spem: nam, ut Apostolus inquit, inducit in ipsam salutis desperationem, omnes sensus Religionis extinguens;

3. Hoc habet commune cum igne, quod operosum est illum extinguere, & remedia ipsa que majorem habere videntur virtutem, sepe sunt inutilia.

VII. Evangelium de immundo spiritu loquens tria dicit, quæ ostendi possunt in spiritu impuro, quo impudicus homo obfessus est.

1. Mala consilia, quæ concipit, & quæ inquietus mente volutat: *Ambulat per loca arida, querens requiem, & non invenit.*

2. Ejus nequitia: *Assumis septem spiritus nequiores se.*

3. Ejus pertinacia, & effectus: *Et sunt novissima hominis illius pejora prioribus.*

VIII. Vitium hoc a Sancto Bernardo comparatur inferno propter similitudinem tormentorum, quæ inferi, & quæ Pater iste ad tria potissimum redigit, *Ignis*

ardens, vermis rodens, & sulphur fatens. 1. Ignis ardens concupiscentia ex absumens, qui huic vitio sunt obnoxii. 2. Vermis conscientia, qui sequitur hoc peccatum, & incessanter cor impudici depascit. 3. Dedecus, & infamia, quam sulphurei ignis fœtor significat.

IX. Certum est maxime naturalem impudici hominis in terra imaginem eam esse damnati in inferno; Quæ autem in Sacris Bibliis occurrunt, quæ nobis exhibent statum, in quo reprobus in inferno invenitur. 1. Tenebræ, ac ignis devorantis caligo; 2. perturbatio, & confusio: *Ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* 3. servitus crudelis: *Plures super peccatores laqueos.* 4. Vermis immortalis conscientiam lancians: *Vermis eorum non moritur.* Hæc ea sunt quæ, quæ impudicitia peccatum post se trahit; Horribilis cæcitas, jugis confusio, servitus crudelis, vermis devorans. Hæc est divisio Concionis complectentis quoddam honestus dici potest. Argumentum hoc desumptum est ex Sermonibus, qui sub P. Bourdaloue nomine circumferuntur; & ex Specimine Sermonum de Breteville, qui illum in compendium redigisse videtur.

Matth. 29. Mittite eum in tenebras exteriores. 2. perturbatio, & confusio: Ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Job 19. Plures super peccatores laqueos. 4. Vermis immortalis conscientiam lancians: Vermis eorum non moritur. Hæc ea sunt quæ, quæ impudicitia peccatum post se trahit; Horribilis cæcitas, jugis confusio, servitus crudelis, vermis devorans. Hæc est divisio Concionis complectentis quoddam honestus dici potest. Argumentum hoc desumptum est ex Sermonibus, qui sub P. Bourdaloue nomine circumferuntur; & ex Specimine Sermonum de Breteville, qui illum in compendium redigisse videtur.

X. Impudicitia peccatum considerari etiam potest in sola servitute, ad quam redigitur, quæ huic sese mancipat vitio.

1. Crudelis est servitus homini, qui hoc sibi vitium patitur dominari; etenim jugibus sollicitudinibus mortalibusque curis ei requiem aufert; sive peccatum hoc spectetur, antequam commissum fuerit, sive consideretur, postquam paratum est; quia in corde amarissimum relinquit amaritudinem. 2. Servitus est turpis, & licet hoc cujuslibet vitii proprium sit, hic tamen proprius est impudicitiaë caracter. 3. Servitus est saluti perniciosissima; omnes enim Religionis sensus extinguit; nos indurat, ac tandem ad impenitentiam adducit. 4. Servitus, quæ lapsu temporis fit necessaria, & ex qua emergi non potest. Hæc est partitio P. Cheminai in hoc argumento.

XI. Impici quoque crimen hoc potest tamquam excipit peccatum; ac trifariam dividi.

1. Privat lumbibus rationis, quod videmus accidisse in impudicissimis senibus Susanna stuprum inferre conantibus; hominem similem brutis facit, & ad belluarum redigit conditionem. Salomon mortalium sapientissimus quo usque cæcitas evasit? 2. Privat lumbibus gratiæ; gratia enim introire non potest in obscenam, impuramque animam; homo suis addidit voluptatibus cælestia non sapit, ut Paulus ait. 3. Privat deusque lumbibus fidei; etenim ad licentiam, atque Atheismum inducit &c. Ex *Civilibus Considerationibus P. Nepeuen. Tomo 2.*

XII. Hæc cæcitas, atque tenebræ, quibus impudicitia hominem immergit, alia effertur ratione ostendendo illam tria nobis cognitionum genera auferre, 1. Cognitionem suipsius, nobilitatis naturæ, generis, status, professionis, verbo eorum omnium, quæ sunt in naturali, civili, & christiana vita, bonorum. 2. Aufert cognitionem Dei, illius præsentia, justitia, &c. 3. Aufert denique cognitionem peccati, quod committitur, & cujus enormitas ignoratur; sed plerumque habetur tamquam peccatum fragilitatis, & venia dignum, qui mortales haud ægre veniam concedunt. Ex *Subdivisione quadam Sermonis in Specimine de Breteville.*

XIII. Impudicitia spectari potest in ipsius principio, progressu, & fine. In ejus principio nugæ existimantur; in progressu, ætatis impetus dicitur; & in fine facile corrigi posse putatur.

Triplex hic perniciosissimo errori, triplex veritas gravissima opponitur.

Prima, in impudicitia principio omnia metuenda sunt, omnia pessimos effectus gignere possunt.

Secunda, hoc vitium non juvenutis dumtaxat impetus est, sed abominatio coram Deo.

Tertia, ex omnibus peccatis hoc unum est, ex quo difficillime nosmet colligimus, & quod conversionem ferre impossibilem facit. *Essais de Sermon pro Quadragesima Tomo 2.*

XIV. Ex affectibus omnibus nullus est, qui minus carere culpa possit, & qui plurium scelorum sit causa, Hoc punctum erit primum.

Ex omnibus peccatis hoc illud est, quod minus impune abire patitur Deus, & quod funestissimis astititur penis. Hoc punctum est alterum. *Desumptum ex P. Aureliani de Impudicitia.*

XV. In Evangelium spiritus immundi per iniqua loca ambulantis, & inquietantis requiem, neque inve-

nientis illam: Ostendi poterit: 1. Impudicum, qui noxiam, infamemque perquirat voluptatem, quam hæc in vita in suam felicitatem convertit, in ea statim invenit infelicitatem suam, propter tumultum, infamiam, & amaritudinem, quam sibi reperit.

Secundo, impudicum æternum sibi constare infortunium; etenim hic est character, quo nullum reprobationis suæ habere potest apertorem. *Argumentum hoc pertractavit Auctor Sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta. Sermones pro feria 4. hebdomada prima in Quadragesima.*

1. Impudicitia in homine extinguit omnia lumina, quæ possent illi detegere horrorem compedium ejus, tristesque effectus servitutis ejusdem. 2. Suffocet etiam sensus omnes, qui illum excitare possent ad turpe, & crudele jugum suum excutendum, atque ad honestam, integramque vitam ducendam. Verbo: mentem excacat, hoc primum est punctum; alterum vero, cor indurat; *Pater la Pesse, Sermones hujus argumenti, Tomo 5. Sermonum.*

1. Impudicitia ex vitio omnibus turpissimum, & infamissimum est, quia præ cæteris brutale est.

2. Impudicitia ex vitio omnibus majorem ciet iniquæ animi tumultum, & graviora mala producit. *Ex eodem Sermone.*

XVI.

XVII.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, ubi inveniri aliquid potest, ad has Concionum texturas exornandas, & Auctores, qui hoc Argumentum pertractant.

Sanctus Augustinus, lib. 14. de Civitate Dei, cap. 16.

Idem, contra Julianum lib. 4. cap. 14. ubi adfert Sancti Pauli Ethicorum de hoc vitio sententias. tres.

Idem, libro de Agone Christiano.

Idem, lib. de Salutariis Documentis.

Idem, in Psalmos 41. & 75.

Idem, Serm. 3. de Verbis Apostoli, ubi explicat hæc Sancti Pauli verba: *Ter Dominum rogavi, ut discederet a me &c.*

Idem, Serm. 45. de Tempore.

Idem, lib. de honestate Matrimonii.

Sanctus Ambrosius, lib. de Penitentia cap. 13.

Idem, ad Virginem Iapam.

Idem, lib. 4. in Sanctum Lucam, ubi hæc explicat verba: *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.*

Sanctus Hieronymus ad Eustochium Epist. 22. de custodia Virginis.

Idem, Epist. 48. contra Sabinianum Diaconum.

Idem, Epist. ad Susannam Iapam.

Idem, Epist. 2. ad Nepotianum.

Idem, Epist. 4. ad Rusticum Monachum.

Idem, Epist. 11. ad Ageruchiam.

Idem, Epist. 50. de Vita Pauli Eremitæ.

Idem, lib. 1. Adversus Jovinianum.

Idem, in Regul. Monach. ad Paulam; & Eustochium.

Idem, in cap. 2. Epistolæ ad Titum.

Idem, lib. 1. ib. cap. 4. Osee.

Sanctus Gregorius, lib. 10. Moral. cap. 8.

Idem, 21. Job cap. 9.

Idem, lib. 6. in Reg. prolixum habet hujus argumenti sermonem.

Idem, 31. in Job.

Idem, in hæc verba Job: *Pepigi fœdus cum oculis meis.*

Idem, lib. 6. in Reg. adeo uberem, ac prolixum habet hujus argumenti sermonem; ut nihil detidendum videatur.

Idem, alibi passim.

Origenes, lib. 7. contra Celsum.

Sanctus Basilius, lib. *Constit. Monach. cap. 4.*

Idem, lib. de vera Virginitate ad Lerotium Metropolitanem Episcopum.

Idem, Epist. ad Virginem Iapam.

Sanctus Chrysostomus, Homil. 44. in Genesim, ubi loquitur de victoria Patriarchæ Joseph.

Idem, Serm. de Continentia.

Idem, Homil. 32. & 45. in Genesim.

Idem, Hom. 62. in S. Joannem.

Sanctus Zeno Veronenis, Sermonem habet de Pudicitia.

Sanctus Cyprianus, quoque ejusdem argumenti sermonem habet.

Asterici. Granatenſis pluribus in locis, quos Tabula indicabit.

Aula Sancta, lib. 1. Obſtaculo nono. Amor carnalis; & tract. 3. de Affectibus, ſect. 6. 7. 8. 9.

Drexellius, in *Niſeta* prolixum habet hac de re tractatum.

Jacobus Alvarez, Tomo 2. lib. 1.

Roffignolus, l. 2. de Diſcipl. cap. 14. & 15.

Petrus Caniſius, Tomo 3. de Peccat. 9. 5.

Marchantius, in *Horto Paſſor. lect. 8. Item in Tabula Sacerd. Traſt. 3.*

P. Nepveu, in Tomis ſingulis Chriſtianarum Conſiderationum.

In Sermonibus, qui P. Bourdalove nomine inſcribuntur, ſermo eſt contra impudicitiam.

In Sermonibus P. de Jeune, P. Cheminais, P. de la Colombiere, P. Aurelianiſis; in Sermonibus Moralibus pro prima Quadrageſimæ Dominica, in Audite ſermonem in omnia Ethicæ Chriſtianæ argumenta; Sermone pro feria quarta poſt primam Quadrageſimæ Dominicam; De la Volpilliere; Abbas de Sancto Martino; Specimen Sermone pro Dominicis, Dominica 3. Quadrageſimæ; & pro feria 4. poſt primam Quadrageſimæ Dominicam. P. la Peſſe; Tomo 3. Sermoneum.

Henricus Engelgrave in luce Evangelica in Dominica 5. poſt Pentecoteſtem.

Petrus Faber, Conc. 7. & 8. in Dominic. 13. poſt Pentecoteſtem, & in feſto Sanctæ Mariæ Magdalene.

Ludovicus Granatenſis, in locis Communibus. V. *Luxuria.*

Bilaus in Panario. Verbo *Luxuria.*

Peralduſ, Labatha, Lohner &c.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Scripturarum Applicationes huic Argumento.

Non permanebit ſpiritus meus in homine in aeternum, quia caro eſt. Genes. 6.

Non concupiſceſ uxorem proximi tui. Deut. 5.

Peppi factus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine. Jobi 31.

Hoc nefas eſt, & iniquitas maxima. Ignis eſt uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans gentinina. Idem, ibidem.

Ne attendas fallaciam mulieris. Prov. 5.

Ne abſtabatur an vis illius (mulieris) mens tua: neque decipiaris ſentis ejus; multos enim vulneratos deiecit, & fortiffimi quique interfecti ſunt ab ea. Vix inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis. Prov. 7.

Fovea profunda eſt meretrix; inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos videt, interficiet. Prov. 23.

Qui natus ſcoria, perdet ſubſtantiam. Prov. 29.

Qui adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam. Prov. 6.

Uſi ſervi quoniam aliter non poſſent eſſe continens, niſi Deus det. Sap. 8.

Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non deſinit. Prov. 6.

Derelinquet mulier adultera in maledictum memoriam ejus, & dedecus illius non deſinit. Eccli. 23.

Ingreſſitur blande, ſed in noſſimo mordebit ut coluber. Prov. 23.

Oculus adulteri obſervat caliginem, dicens: Non me videbit oculus. Jobi 24.

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Eccli. 19.

Qui ſe jungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hereditabunt illum: & extolletur in exemplum majus, & tolletur de numero animæ ejus. Eccli. 19.

Deſiſti maculam in gloria tua, (loquitur de Salomone.) Eccli. 47.

Ne deſ fornicariis animam tuam in ulla, ne perdas te, & hereditatem tuam. Eccli. 9.

Virgines ne concipiatis, ne forte ſcandalizeris in decore illius. Ibid.

Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui. Eccli. 5.

Non dabunt cogitationes ſuas ut revertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. Oſee 5.

Omnia, qui videris mulierem ad concupiſcendum eam, jam machatus eſt eam in corde ſuo. Matthei 5.

Diſſipavit ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſe. Luc. 15.

Tradidit illos Deus in paſſiones ignominie. Ad Roman. 1.

Curam carnis ne feceritis in deſideriis. Ad Roman. 13.

Neque fornicari, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei poſſidebunt. 1. ad Cor. 7.

Datus eſt mihi ſtimulus carnis mee angelus Sathanae, qui me colaphizat. 2. ad Cor. 12.

Neficitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra metreticis? 1. ad Cor. 6.

Eſcortationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt; qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Ibid.

An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt Spiritus Sancti? Ibid.

Hoc ſcitate intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in regno Chriſti, & Dei. Ad Ephel. 5.

Hec eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, ut abſtineatis vos a fornicatione, ut ſciat unusquisque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore. 1. ad Theſſal. cap. 4.

Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Ad Ephel. 5.

Fornicatores, & adulteros judicabit Deus. Ad Hebr. 13.

Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. Jacobi 1.

Exempla ex Veteri, Novoque Testamento deſumpta.

David, Salomon, Samſon triſtia ſunt exempla, quæ nobis exhibentur in Bibliis, imperiis, & poteſtatis, quam furens hæc, atque indomita cupidiffima exercet in hominum, eorum etiam qui ſanctiffimi, ſapientiffimi, fortiffimique exiterunt, corda, cum ſeſe eidem mancipant, vel illam ſibi dominiari patiuntur. Quibus addere poſſimus exemplum turpiſſimum ſenem, qui Sufannæ pudiciſſimæ feminae vim inferre conati ſunt, qui concionem hujus ſatis nota ſunt, & nemo ſere, qui concionem hujus argumenti elucubratur, inde argumentum haurire prætermittit. Itaque qui immoremur deplorabilium horum lapſuum circumſtantias inſpicendis; facta ſunt ea, quæ a Sanctis Patribus in iſdem connotata fuerunt. Videlicet.

In Sancto Rege David nullum ſtatim eſſe adeo ſanctum, in quo mortalis ſibi diligentiffime cavere non debeat, omneſque evitare occaſiones; etenim nimis curioſus oculorum conſpectu magnum hunc virum, qui ſecundum Dei cor erat, in graviffima compulſi ſcelera, adulterium videlicet, & homicidium. Quot deinde lacrymis hæc auctori ſuo noxia ſtetit voluptas? quot illi peperit dolores, ſollicitudines, mala, quæ juſta ſunt ejus criminis poena?

In Salomone, ad quam cæcitatem hæc eadem cupiditas redegit mortalium omnium ſapientiffimum? vix enim idololatrias mulieres adamare cepit, cum poſtquam illas adoravit, earum quoque idola veneratus eſt, atque thus Dei Iſrael adolevit ſimularis gentium. Hac autem in re illud magis mirandum eſt, quod ille in ſenectute ſua turpi huic fe tradidit cupiditati, atque eam, quam ſibi comparavit gloriam, fovavit, & nominal ſuo, atque altiffimæ exſtimationi, maculam, æternæque offuſi opprobrium, uti loquitur Scriptura. Hoc probat non ſtatim, non ſapientiam, immo neque vitam cum ſumma pietatis laude anteaquam efficiere debere, ut de viribus noſtris præſumamus, neque ceſſemus quomodo nobilmetipſis invigilemus, atque ad Deum conſugiamus, quæ madmodum in juvenute ſua Salomon conſueverat. Felix, ſi morem hunc ea in ætate ſervaviſſet, ubi minus metuendus videbatur domeſticus inimicus, poſtquam in regno ſuo profundam pacem ſervaverat.

In Samſonis exemplo conſiderandum eſt, illum ex quo Daliam deſerit, cepit inutilem factum eſſe Patriæ ſuæ, & cauiſe populi Dei, cujus fuerat præſidium non ſecus ac terror hoſtium; qui, illi perſida mulieris amore iam excecato, oculos eſſoderunt; ita ut qui antea roboris prodigium fuerat factus, ſit triſte humanæ infirmitatis exemplum.

In impudicis ſenibus, qui caſſiffimæ Sufannæ ſturpium inferre conati ſunt, admiraſſum eſt Cæli proteſtio, quæ puris conſulit animabus, & juſta ſup-

Exempla ſuppl. ciorum, quibus Deus hoc peccatum eſt peccatum eſt peccatum. Genes. 6.

Toſephi Eſt. i. c. 2. de pudicitia.

Exemplum ſui pudicitie. Luc. 15.

Exemplum Herodis Tyrannicæ.

Marc. 6.

Ibidem.

Quid de idololatriæ philoſophis doct. Apoſt. Ad Rom. 1.

Zelus quem habere debet fidelis conſortium hoc vitium.

Marc. 6.

Mifereri debemus eorum qui in hoc ſeculo lapſi ſunt, eorum que inde revellere.

Remedium contra hoc vitium juxta Sancti Pauli exemplum.

plia, qua impudicos perſequitur.

Divina ultio in hoc ſcelus exempla tot numero ſunt, ut integris opus eſſet voluminibus, ſi hic eſſent fingillatim recenſenda. Hæc autem potiſſima ſunt. Aquæ diluvii ideæ terras omnes ſubmerſere, ut extinguerent ignes, quos ubique concupiſcentia ſuccenderat: Omnis quippe caro corrumperat vitam ſuam, ut loquitur Scriptura. Cæli flammæ in Sodoma, Gomorrha, aliæque tres infame civitates ideæ lapſæ ſunt, ut nequiffimum impuratum minima etiam veſtigia deleterent. Quatuor, ac viginti Iſraelitarum milia, & ultra cæſa ſunt, ut impudicitias viis proprio ſanguine abſcinderent. Deus zelum Phinees ſuccendit, ut in re iſta confoderet Iſraelitarum virum, qui palam cum Mandantide tantum facinus committere non eruberebat: & flagella omnia, quibus ſemper Deus hoc vitium percuſus eſt, ſatis offendunt quantopere hoc ille perhorreſcat.

Fidelitatis ejus, quam hac in re debemus Deo, rarum nobis ſuppedit exemplum in pudiciſſimo Toſephi fuga, qui in celus illeſus ab impudiciſſima domina, poſtquam nequicquam eidem reſiſtus eſt, horrorem tante erga herum ſuum infidelitatis, in turpiſſimæ feminae manibus ſuum pallium reliquit fugam arripere.

Quæmadmodum poſt Incarnationis myſterium impudicitia facinus magis enorme factum eſt; Deus in novo Teſtamento nobis præbere voluit exempla malorum, quæ hoc vitium parit, ſuppliciorum quæ meretur, & conſoliorum, quæ nobis inunda ſunt, ut illud ſuperemus.

In filii prodigi exemplo nos docet Evangelium miſerrimum ſtatim, in quem hoc vitium redigere conſueverit eos, qui ſeſe eidem mancipant: Diſſipavit omnem ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſe. Nihil melius nobis offendere poteſt, quomodo hoc vitium hominem de gradu dejicit, quam videre adoleſcentem hunc eo redactum, ut immundiſſimo pecoricum invidet.

Tyrannus, quam imperioſus hic affectus exercet, palam innotuit in Tyrannicæ Herodis exemplo, qui eodem actus Sancto Joanni Baptiſte juſti caput amputari. Sexcentæ rationes actioni adeo tyrannicæ adyerſabantur; noverat hunc eſſe Prophetam; ipſa etiam teſtatur Scriptura Herodem in eo conſidere, libenter illius teſe conſilia, & plura juxta illius monitum facere conſueviſſe: Metuebat Joannem, libenter eum audiebat, & auditio eo, multa faciebat: Itaque non difficile credendum ſit, quod addit Evangeliſta, illum moreto affectum fuſſe, cum magni hujus viri caput uſque depoſit: Conſiſtens eſt. Sed ut hæc perſonæ reſerret, diſpicere debebat mulieri, ut ſacrilega præfringeret juramenta: Nobis cum contrarie. Dolor, quod imbecillus hic Rex prohibitus ſuit, ne libidinis ſue objecto diſpiceret, eum vidit, quod concubebat injuſte vitam eripere debens homini, cujus virtutem admirabatur.

Ex Sancto Paulo didicimus, Deum terribili juſtitiæ effectu permiſiſſe, ut ſuperbi Antiquitatis Philoſophi in turpe hoc flagitium laborerent, in ſuperbia, atque idololatriæ poenam; ut humiliaret eos, in brutorum ordinem reſiciens ſuperbos illos ſapientes, qui ſupra cæteros morales ſeſe ſerebant; atque ut intelligeremus impuritatem ſimile eſſe cauſam, & effectum idololatriæ; & quomodo impudicitia in idololatriam impellit, idololatriam viciffim impuritatis vitio puniri.

Zelus, quæ Chriſtianus excitari debet contra deteſtabilis hoc ſcelus, videtur in exemplo cum Sancti Joanni Baptiſte, qui cum vite ſue periculo audacter Herodem incertum corripuit, atque intrepidus dixit illi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui; cum Sancti Pauli, qui ad tempus tradidit poteſtati Demonis impuriſſimum hominem, ut aliis eſſet exemplum, ac repararet ſcandalum, quod naſcenti Eccleſiæ præbuerat.

Præterea Dei Filius ipſe nobis præbere voluit exemplum miſerationis, qua excipere debemus eos, qui in hoc flagitium lapſi ſunt, poenitentem excipiens Magdalenam, eique peccatorum veniam concedens. Eadem uſus eſt indulgentia erga adulteram, atque monitis ſua charitate redundantibus Samaritanam convertit.

Denique generalis vitii hujus ſuperandi ratio nobis ſuppedit eſt Apoſtolo, qui omnibus ſæculis teſtamentum relinquere voluit, ſe vehementer hac in re fuiſſe tentatum: ne fideles ſpem victoriæ abjicerent, ſi infernalis hujus ignis faces ſibi admoventi intelligerent; ſed ſimul diſcèrent, quomodo cinere po-

nitentiæ illum extinguerent; videlicet corpus ſuum mortificatione ſubigentes, ac in eam redigentes ſervitium, quam illud ſpiritus debet: Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo.

Quorundam Scripturæ locorum Applicationes.

Pugna contra Amalec. Exod. 17. Primum, graviffimumque bellum, quod Iſraeliſtis nuper de Aegypto egreſſis bellandum fuiſt, erat contra Amalecitas, quos Moſis Deus præcipit delendos, atque exterminandos; ut in Exodo legitur. Nullum bellum fuit pernicioſius, neque periculoſius, neque magis terre promiſſæ victoriam retardavit. Uti hic populus vigeretur, arma diſtinguenda fuere, & precibus Dei expetendum auxilium: etenim dum populus prælabatur, Moſes in montis cacumine fudebat pieces, atollebatque brachia, ut Dei exercituum opem imploraret. Hæc ex Sanctorum Patrum, atque plurimorum Doctorum Interpretum ſententia, figura eſt belli pernicioſiſſimi, quod nobis caro inferit: bellum quidem graviffimum, maximeque metuendum; ſed ex quo victoria reportanda eſt, ſi cupimus ad promiſſam terram pervenire, quæ coeleſtis eſt Patria, quo nihil conquinatum ingredi poteſt. Nemo Amalec, quæ ſignificatur gens bruta, ſævet huic applicationi, & docet, nobis vix de demonis mundiſque ſervitute egreſſis, ut illud carpiamus iter, quod in Cœlum adducit, bellum eſſe inferendam genti brutali, quæ graviffimis, atque periculoſiſſimis nos præliis læſit; videlicet carni, concupiſcentiæ, ſenſuum appetitibus: contra quoque bellum juge non niſi cum vita ipſa deſinere docet experientia, ſuſtinendum eſt.

Ignis eſt uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans gentinina. Jobi 31. His verbis Job nequiffimi hujus vitii naturam, & effectus indignat. Ignis eſt devorans, virtutes ipſas radicibus abſumens, gratiarum fontem exſicans, urens, depopulans, convellens, devorans momento quidquid boni feminina bona, & ſancta inſtituta in corde reliquit; ac omnia auferens merita, quæ ditantia annorum, laborumque ſerie quaſita fuere; omnia naturalia, atque ſupernaturalia bona; quæ uſque procedit, ut ipſam evertat fidem, aliorum omnium bonorum principium. Ignis uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans gentinina.

Halitus ejus prunas ardere facit, idem Job ait loquens de immanis magnitudinis morbo, ac de furore, pari viribus ejus. Putant Interpretes hoc nomine Behemot, quo monſtrum hoc appellatur, ut intelligi humani generis inimicum, & immundum ſpiritum, qui homines in impudicitiam impellit; cujus ſtatus, halitusque inflammans accendit, ſuſcitaturque prunas, quæ intra nos gerimus. Vix ejuſ fortiffimum, & robuſtiſſimum quemque proſtereſcere poteſt, & ex enormi ejus magnitudine magna terroris eidem fieri videtur acceſſio: Verum Deus illum creaffe videtur, ut nos inde referremus triumphum, atque ut victoria noſtra ſeret glorioſior, omnes, ſi voluerimus, conatus illius eludendo.

Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo, inquit Prophetæ Joel cap. 1. quod ex Sancti Gregorii ſententia ſignificat impudicos, & eos qui voluptatum ſuarum mancipia ſunt, vitam finire in fordidis, & fetore ſuarum libidinum; quia beſtiis potius, quam hominibus ſimiles ſunt, & Propheta illos ejus comparat: Unusquisque ad uxorem proximi ſui bindebat.

Statuet oves a dextris ſuis, bœdos autem a ſiniſtris. Hicce verbis Dei Filius inauit ſe, cum venerit extremi Judicii die omnes homines judicaturus, bonos quidem ac prædeſtinatos a dextris, hæodos vero, hoc eſt reprobos a ſiniſtris collocaturus. Ubi eruditus quidam interpres animadvertit, reprobos ſub hæodos figuræ exhiberi, qui ſacrum ſunt pecus, & ſymbolum impudicitie; qui ſacrum ſunt homines nomine indignat, ut intelligamus portio reproborum numerum eorum eſſe, qui hoc vitio conquinati ſunt, & quorum pars, & hereditas eſt ignis æternus.

Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. Ex his verbis intelligimus, quæ, quibus inimicus hic debellandus eſt, eſſe poenitentiam, jejunium, & corporis noſtri mortificationem. Hoc ſane Sanctus Paulus facere conſueverat. Hæc enim nova eſt de præliandi in Chriſtiana Religione ratio, arma ſua eſt, in ſeipſum convertere, ſibi vulnera inferre ad ea evitanda, quibus alius, & periculoſus confodere nos poteſt crudelis hic inimicus. In aliis certaminibus

Gratia nobis certaminis tollenda ſunt contra periculum huic inimicum.

Mala, quæ hoc vitium parit.

Vix crudelis hujus inimici.

Deſectus impudicitie.

Matth. 23.

Heedi figura libidinosorum.

1. ad Cor. 9.

Vitium hoc mortificatione vincendum.

nibus arma distingimus adversum eos, qui vite nostrae vim moliantur; conamur impetum eorum propulsare, ac vicissim in illos tela torquere; sed in hoc domestico bello, nos ipsi inimici sumus, contra quos est decertandum. Contra nosmetipsos praestamus; atque de blando hoc inimico victoriam relaturi mortificationis arma distingimus.

Lec. 8. Maria Magdalene, de qua septem demonia exierant. Pro septenario demonum numero vitorum omnium singillatim numerum intelligendum esse, Sanctus Gregorius animadvertit: perinde ac omnes demones, qui in illa homines impellunt, ac trahunt; impudicitiam comitantur, superbia, luxuria, avaritia, prodigalitas, intemperantia, aliaque omnia. Inde inferri potest: Hae mulier erat impudica, igitur erat ambitiosa, superba, avara; igitur amabat luxum, convivia, igitur ceteris quibuscumque flagitiis erat obnoxia; haec enim omnia impudicitiam consequuntur.

Dei spiritus in libidinoso permanere non potest. Non permanet spiritus meus in homine, quia caro est. **Genes. 6.** Cum impudicitia crimen totum sit in sensu, & Deus sit merus spiritus; permanere non potest in homine libidinoso, qui, hoc in statu miserissimo, sit demonis domicilium. Cur Apostolus non suadet solum fidelibus, ut a fornicatione absterneant, sed ut illam fugiant: Fugite fornicationem? Quia nihil est, quod Deo magis oppositum sit, nihil, quod magis sanctos gignat effectus, nihil quod magis deformet spiritum cumque in adeo miseram redigat captivitatem.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententiae Sanctorum Patrum, hujus Argumenti.

Qui luxuriatur, vivens mortuus est, & ferreas mentes libido domat. S. Hieronymus in Epistola. Libido transacta semper relinquit sui pavonitidum, & nunquam satiatur, & extincta reaccenditur, usu crescit & deficit; nec rationi pareat, quae impetu ducitur. Idem, de Monog. cap. 5.

O quam acerbus est fructus luxuriae! amariore felle, crudelior gladio. Idem, ibid.

O ignis infernalis luxuria! cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintille prava colloquia, cuius cinis immunditia, cuius fuitis gebenna, Idem, lib. 2. Epist.

Nolo finis cogitationem libidinis crescere, nihil in te Babylonium, nihil confusiois adolescat; dum parvus est hostis, interfice; ne zizania crescat, in semine eradiceatur. Idem, Epist. ad Eustoch.

Fornicatio & voluptas pervertit sensum, & de rationabili homine brutum efficit animal. Idem, in Oseam, cap. 4.

Amor forma rationis oblivio est, & insanie proximus; factum minimeque conveniens animo sospiti vitium, turbat consilia, alios & generosus spiritus frangit, a magnis cogitationibus ad humilissimas detrahitis, adfert, Jovinian. lib. 1.

Facile alius carum vitium, hic hostis in nobis inclusus est; quocumque pergitur, nobiscum portamus inimicum. Idem, ad Eustoch. Epist. 22.

Venter mero aestuans despumat in libidinem. Idem, in Epist.

Hec sunt ignita tela diaboli, quae simul & vulnérant, & inflammant. Idem, Epist. ad Demetr.

Nullus peccandi modus, & inexplebilis scelerum fuit nisi morte amantem extingui potest. S. Ambros. lib. 2. cap. 5. de Cain, & Abel.

Pascitur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate inflammatur. Idem, lib. de Peccat. cap. 14.

Luxuria seminarium & origo est vitorum; quoniam luxuria ipsius est mater avaritiae. Idem, Tract. de Heli & Jejunio.

Ubi incipit quis luxuriari, incipit deviare a vera fide. Idem, Epist. ad Sabin.

Afflicta vixit senum sed mens plena libidinis. Idem. **Sexus criminum stimulus libido est, quae nunquam quietum patitur affectum.** Idem, lib. 2. de Cain, & Abel.

Quasi clavis suffigitur anima corporis voluptatibus; & cum senes adhaerent cupiditatibus demersa terrenis, distat in altum potest, unde descendit sine Dei favore evolare. Idem, in Luc. cap. 4.

Totum hominem agit in triumphum libidinis. Cypri. lib. de Pud.

Propudia occise in publico castitatis, (id est meretrices.) Tertull. lib. de Pallio.

Post evaporata momenta libidinum. Idem. **Inelicissime ille publicarum libidinum victimae.** Idem.

Luxuria ipsius est mater avaritiae; etenim cum exhauserit qui luxuriando proprias facultates, querit postea avara compendia. Ambr. Tract. de Heli & Jejunio.

Monstrum est libido sine gula. Tertull. lib. de Jejunio.

Quaelibet alia fiant bona opera, & luxuria scelus non abluunt, immensitate hujus vitii obruantur. Gregor. lib. 22. Moral.

Ex quo luxuria cujuspiam mentem occupaverit, vix eum bona cogitare permittit. Idem.

Nihil sic ad edomandum desiderium appetituum carnalium valet, quam ut unusquisque hoc quod vitium dicitur, quale morium sit penset. Idem lib. 26. Moral. cap. 29.

De luxuria cecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, praecipitatio, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror autem vel desperatio futuri generantur. Idem, lib. 13. Moral.

Crudelis domina & rabiosa luxuria est, libidine, quasi stimulis, servilem mentem exagitant. Gregor. Nyssen. lib. de vita Mosis.

Quid infestius illicita concupiscentia, quae veluti rabidus canis in nos continuo insitit, & quotidie nos obstruat? Chrysol. Hom. 1. de Resurrect.

Inter omnia certamina Christianorum, sola dura sunt praedia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & vara victoria; gravem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timeatur. S. August. lib. de hon. matr. cap. 2.

Libidinis impetus momento transit, & opprobrium infelicitis animae semper permanet. Idem, Serm. 250. de Tempore.

Quanta iniquitas, & quam lugenda perveritas! us animam, quam Christus sanguine suo redemit, luxuriosus quisque, propter unius momenti delectationem, diabolo vendat. Idem, ibid.

Non permanet libidinosus delectatio, sed succedit aeterna damnatio. Idem, Serm. 250.

Fugite si non vultis perire. Idem, in Psal. 57.

Fornicarius senscit, in quo libido non senscit. Idem, Serm. 18. de Verb. Apoll.

Exhalabant nebulae de nebulo concupiscentia carnis, & effuscabant cor meum. Idem, lib. 2. Confess. cap. 2.

Cum caetera vitia se quibusdam virtutum tegumentis oppellunt, mens hujus turpitudinis conscia, prima fronte praefert ius aculationis horrorem; & quoties audit aliquid de turpitudine sua, rubore perfunditur, & immoderata operis recordatione torquetur. Caliod. lib. de Amicitia.

Demissis parvulis, ex adultis propter carnis vitium pauci salvantur. S. Remig. Remensis Epist. in Epist. ad Rom. cap. 1.

Quando mens ad delectationem fornicationis impellitur, divini iudicii metus, & aeterna tormenta ante oculos proponantur, quia nimirum omnis poena gravioris supplicii formidine superatur. Ildor. lib. 2. de summo bono, cap. 2.

O extrema libidinis turpitudine! quae non solum mentem effaminat, sed corpus enervat: semper illum praecedunt ardor & petulantia, semper sequitur dolor & poenitentia. Hugo a S. Vict.

Vae illi, qui tum habet terminum luxuria, quando & vixit. Bernard.

Ut sciat unusquisque, ad idololatriam pertinere luxuriam. Zeno Veron. Serm. de Pudicit.

Sunt matres, quae in ipsi visceribus, medicaminibus epotis, originem futuri hominis extinguant, & parvulorum faciunt, antequam pariant. (Ad legendam luxuriam.) Minut. Felix.

Nulla maior est victoria, quam quae a voluptatibus refertur. S. Cyprian. lib. de Discipul.

Mecum affinis idololatriae. Tertullian. de Pudicitia. **Impossibile est profecto si vitam impuram habeas, in fide non vacillare.** S. Chrysol.

Indivisa, & inseparabilis luxuria comes est egestas. S. Basilus.

Toties anima Deum negat, quoties sublevertur voluptati. Laurentius Justinian. de Triumph. &c. cap. 9.

Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, ad vulnera Christi confugio. Aug. in Manuali. cap. 22.

Nihil utilius ad domandam carnis lasciviam, quam cogitare qualis homo sis futurus in morte. S. Bonav. Serm. 41. Dom. Quinq.

Cum libidine pulsaris, cogita ignem aeternum. Idem, de modo vivendi.

Non

Non esse possibile ut non redamet, qui amat, Chrysol. Homil. 58. in Genes.

Lascivia mater impenitentiae. Cyprian. de bono Pudicit.

Impudici oculi non norunt animae pulchritudinem considerare, sed corporum. Hieron. Epist. 22. ad Eustoch.

Non distatis vos habere animos pudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. August. Reg. 3. ad Clericos.

Ad comminenda mala mire solers est lascivia. Gregor. Nazianz. Epist. 130.

PARAGRAPHUS V.

Quid hoc in argumento ex Theologia fontibus hauriri queat.

Definitiones omnes, quae de hoc vitio, & haec cupiditate a Doctoribus traduntur, eandem nobis adstrunt ideam, licet variis vocabulis effunderentur. Ab aliquibus definitur: **Libidinosus voluptatibus appetitus;** quod invidetur Verbis Apostoli praecipuus illius species referentur, omneque opera carnis appellantis: **Manifesta sunt opera carnis.** Ita vitium, & passio, quae nos in hoc scelus impellit, melius vocari non potest, quam desiderium inordinatae voluptatis, & extra conjugii statum prohibite.

Necesse non est singillatim hoc in loco varia hujus peccati species recensere, quandoquidem Apostolus ipse prohibet, ne generatim quidem nominetur: scire sufficit peccatum hoc, cupisquique speciei sit, trifariam committi. 1. Cogitatione, qualiter, & in qua voluntarie permanetur; si enim statim ac ratio id agnoverit, cogitatio repellatur, non solum noxa non est, sed actus virtutis, qui praemium suum meretur coram Deo, dummodo cogitatione occasio oblata non fuerit. Sin autem data opera, sciens, & volens in ea cogitatione immoratur, haec in obsequio inhonefio morosa vocatur cogitatio, & lethalis est culpa, quia tacitam animi consensionem involvit. 2. Desiderium ejusdem naturae peccatum est, atque actio, quae vellet committi; & licet non sit actus grave, ut actio ipsa, nihilominus nefarium est, & in propria differentia prohibetur per ea divinae legis verba; **Non concupisces. 3. Multo magis actio, quae peccatum absolvitur, est contra praecipuum, & legem Dei. Quamobrem Sanctus Paulus ait, eos qui hoc scelere fuerint cogitantes, neque illud per poenitentiam exiaverint, nunquam adituros esse Regni Caelestis possessorem, a quo nemo nisi per peccatum mortale prohibetur; atque ita impudicitia inter capitalia peccata recensetur.**

Satis constans, & generalis veritas est, quae vitio nostrae rationi tanquam regula interserere potest, quemadmodum ubi de impudicitia agitur, nihil esse peccatum, nisi aliquomodo vel in causa, vel in effectu sit voluntarium; & nisi sufficienti rationis cognitione admittatur; ita e contra, omnia esse mortale peccatum, statim ac data opera, & sufficienti cognitione sunt; videlicet nullum esse peccatum veniale propter parvitatem materiae; sed solum attentionis defectum, vel defectum pleni consensus a mortali noxa excusare. Quamobrem nulla satis unquam uti possimus vigilantia contra naturalem illud studium, quo in flagitium hoc rapimur.

Ut plurimum impudicitiae peccatum fragilitati adscribitur, ac venia dignum censetur; sed praeterquam quod in effectibus suis fenestissimum, atque periculosissimum est, gravissimum quoque est, si in seipso spectetur. Namque, ut docent Theologi, peccatum eo gravius est, quo consumeliosior est injuria, quae inferatur Deo. At luxuria peccatum, eo gravius, & iniquius est, quo res, quae Deo praefertur, humilior est, abjectior, atque contemptibilior; quia peccatum nihil est aliud, quam iniuria, & indigna Creaturae Creatori praetio. Quid igitur impudicus, atque libidinosus? Praefert Deo voluptatem corporis sui, quod non aliud est, quam pus, labes, corruptio; praefert quiddam abjectissimum in terris est, Deo ipsi, qui rerum omnium est maximus, praefert momenti unius voluptatem beatae aeternitatis.

Post Jesu Christi Incarnationem peccatum hoc magis est enorme, & peccati modo Deum laedit, quia recentem contrahit deformitatem. Hoc in Ethnico peccatum erat, modo in fidei species quaedam **Hendry Bibl. Tom. II.**

est sacrilegii. **Jesu Christus Homo factus fit caput hoc factum nostrum, & nos membra ejusdem sumus; atque in est magis de Sancto Paulus peculiarem impudicitiam negitiam in homine Christiano concludit: Tollens ergo membra vestra Christi, faciam membra meretricis?** An nescitis, ait ille, corpora vestra esse membra Jesu Christi? Ab ipso igitur Christo Jesu propria illius membra divellam, ut ex illis faciam membra meretricis? Inter caetera vitia intemperantiae turpissimum est, Peccatum atque probro dignissimum, uti Philofohus inquit; hoc vitium quod intemperantia propter ceteris magis hominis pessimum est. Praestantia repugnet, quatenus is obsequitur voluptatibus, quae sunt brutis nostrae rationis usus meretur; seu quod impudicitia pro ceteris magis advenatur decori virtutis, quia in actibus intemperantiae minus, quam in illis, rationis lumen invenitur. Haec etiam sunt, quae de hoc scelere docet Sanctus Thomas, ubi de illius natura verba facit.

Peccati hujus effectus in eo, qui ejusdem habitum contrahit, sunt caecitas mentis, consideratio defectus, atque in factis omnibus temeritas, inconstantia, quae omnem morum ipsius rationem perturbat; praecipue in conditiis deliberatio; amor sui ipsius, qui efficit, ut omnia ad seipsum referat, omniaque ex sua voluptate metiatur. Efficit, ut desideria omnia, omneque affectiones vitae hujus rebus inhareant; atque horrorem inicit rerum omnium, quae mortis, atque aeternitatis memoriam possunt revocare; quia haec omnia tamquam voluptatum suarum impedimenta considerat. Hinc tandem oritur salutaris desperatio, atque aeterna calamitas. Haec a S. Gregorio referuntur lib. 31. Moralium.

Vitii hujus infamia talis est, ut ipsum turpitudinis nomen eidem adhaereat; atque ita fit cum decore, & ignominia conjunctum, ut vix unquam haec nota deleri possit; cuius rei haec rationem adfert Sanctus Thomas, quia impudicus, & libidinosus actiones suas nequaquam regit iuxta lamen rationis, quae hominis propria est; sed secundum sensum, sensumque voluptatem, quam cum brutis animalibus habet communem. Quamobrem Aristoteles, Philosophique omnes, qui Ethicae disciplinae praecipua adferunt, luxuriam intra brutorum vitia recensuerunt.

Peccatum hoc excusari non potest, neque vehementia propensionis, quia in illud ferimus, neque vi tentationis; semper enim in potestate nostra fit, ut eidem resistere; & quo Deus simul aliquid nobis praecipit, necessarias etiam ad illud explendam vires suppeditat, & quemadmodum loquitur Sanctus Augustinus, nos admonet, ut quantum in nobis est, efficiamus, atque precibus ad eum confugiamus, ut quod ex nobis non possumus, ab illo obtineamus. Hoc sacrosancta Tridentina Synodus de omnibus Praeceptis generatim sancit; eademque de castitatis dono singulariter loquens, dicit, a Deo nequaquam negari petentibus illud; neque permitti, ut supra vires tentemur.

Tandem remedia contra hoc vitium, quae tentationes, quae in illud impellunt, ea generatim sunt, quae ipse Dei Filius his verbis docuit: Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi in oratione, & jejunio; Mare. 9. Oratione quidem, operum divinam implorando, cum non nimis debiles, infirmosque cognoscimus; jejunio vero, corpus mortificando, quod postissimum praestat jejunium, quo illi esca subtrahitur; quia opprta mensa, comestatio, & compositio est tanquam mater, & nutritrix impudicitiae: Sed praeterea non desunt etiam aliudae quaedam, fuga videlicet occasuum periculorum, vigilantia, & cura in sensibus custodiendis; fides adhibenda in extinguendis primis hujus cupiditatis igniculis, qui breviter ignes progressus efficitur, & ingentia parant incendia. Recusans amandus est, otium vitandum, abstinendum a lectiosis, spectaculis, iisque omnibus, quae escam praebere possunt igni huic infernali, qui adeo facile exardescit, & tanta cum difficultate extinguitur.

Verum est impudicitiam in omnibus hominibus crimen esse, sed in Christiano species est sacrilegii, ex quo novit, humanum corpus diviniati consociatum fuisse in persona Salvatoris, ex quo corpus quoque illius Deo consecratum fuit in conditionibus Sancti Baptismatis, & factum membrum Filii Dei; & ex quo dignus habitus fuit, qui carnem, sanguinemque suum cum adorabili carne, & sanguine Jesu Christi commisceret in Communionem, quae gratia, & beneficium est inestimabile.

Bbb 3 Si

Periculose. Si frequenter invitis alterius sexum, vel aliarum societatum mortales, quo conditionis vestrae vos non vocat officium; si nihil vos agit nisi vanitas, curiositas, voluptas, sympathia, ingenium, propensio, desiderium, quo alios quidem videre, ab aliis vero videri, amare, & amari, detinere, ac detineri cupitis; debetis fugere has conversationes, atque visitationes, praeterquam cum vestra vos docet experientia, quod inde non essetis pedem nisi laesa conscientia. Ne fidatis virtuti vestrae; mollis est cetera, quae statim admoto igne liquefacit. Demum in occasione potens est, gratia infirma, cor ignavum, affectus vehementes, objecta blanda, propensio in malum fortis, & vehementis, citra miraculum peribitis.

Impudicita corporis. Corpus habemus & animam, quorum utrumque varias habet inclinationes, & studia: spiritus ambiciosus est, caro volucrosa, maximum spiritus peccatum est ambitio; maximum corporis peccatum impudicitia; & saepe haec simul conata inveniuntur. Ad ambitionem nostram insinendam dignatus est Deus omnes humilitationes, & opprobria perferre; & ad obsecras voluptates auferendas subitissimum suum Passionis cruciatum. Sed fieri nequam potest, ut salutem nostram operemur, nisi hanc quidem mundi vanitatem abrenuntiemus, inde vero sensum voluptatis fugiamus, quia nihil inquinatum ingreditur in Caelum.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aeternis, nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Funesum hujus effectus in cor humanum impetum est, ibi ceteros amores extinguere. Statim ac illius adit possessionem, nulli sunt amici, qui non contemnantur, nulli consanguinei, qui non deserantur, nulla societas, quae non infringatur, nulli naturales festus, qui non suffocentur, nulla adeo sancta vincula, quae odio non habeantur. Ceterum naturalis est, quod funesta haec passio omnes hos producat effectus, non enim solum impetu cor trahit; sed impetio; atque auctoritate, quam in mente hominum usurpat, nihil illius relinquit examini; quidquid ipsi visum fuerit, videtur equum; & licet minime videretur; labor, quem experimur, eadem obnitentes; ut plurimum maior est, quam metus insidiosa admittenda. *P. Aurelianus, Sermo de Amore casti.*

Quisnam magis cæcus est illo, qui Deum ignorat, qui suisque obviviscit, qui omnia continent officia, qui sanctissimas quaslibet considerationes conculcat, qui non videt amplius periculum, in quod praecipit? Nonne hic stans est hominis, qui impudicus amor imperitat? Aliumne Deum esse putat praeter idolum; quod saepe in ipsis etiam Altissimi Templis adoratur? . . . Praeterquam quod nullum peccatum est, propter quod homines magis erroneam, fallacemque sibi conscientiam effingant. Indistriti noxiis actionibus innocens colores, & ambitus deserere conantur: nullo in discrimine habent frequentes illas visitationes, quae amorem, qui non habetur, inspirare possunt; longa colloquia, & nimiam familiaritatem, qua saepe libertas sua venundant illi; qui secretum committitur, illa amoris testimonium, quae ignem accendunt in corde, cui non ita facile modus inficit potest; illa amicitia pigra, quae solum memoriam eius rei, quae esset obliteranda; frequentes epistolae, ubi quocumque adhibetur industria ad animi tegendam affectionem, satis semper se prodit, nisi prudentia illius curam gerat. *Idem.*

Si hominem esse cessat, qui sit impudicus, quid mirum, si dixerimus, illum non amplius esse Christianum? Dixerat olim Deus Osee Propheta: Sarcinis canis, cum populo huic praeceps, ille namquam revertetur, nunquam cogitationem fovabit ad me redeundi; quia spiritus fornicationis in medio eorum est, & me non cognoscunt: *Non dabant cogitationes suas, ut revertantur ad Dominum, quia spiritus fornicationem in medio eorum est, & Dominum non cognoverunt.* Notate verba, Dominum ignorant, neque de Deo cogitant, Cur? quia impudicitia omnem ferme spirituum bonorum cognitionem excludit. *Pater Crasset Tomo 1. de Fide vitæ.*

Vobis cavete a mulierum dolis, quae omnes illecebras, omniaque adhibent nocentia, ut vos seducant. Blandula verba, quae cor vestrum molliunt,

Labores, officia, amoris ingenium.

Hoc vitium exacerbat, & producit saltem conscientiam.

Qui peccati habitum contraxerunt, difficile convertuntur, Osee 10.

Mulierum coactione cogenda.

sunt Syrenum incantationes vobis iteritum studendum inferre; in animam neque propter amorem, neque propter benevolentiam blanditurum. Impudica mulieris vita jugis est simulatio; illa pro animi sui libidine vos suae iracundiae, & sequae zelotypiae sacrificat. Si altera quidem in lance appenderitis hac prohibita commercia; in altera vero dolores, stimulos, sollicitudines illis inherentes, tunc vos vestrae pudebit infamia. *Abbas de Bellegarde in Salamoni Proverbia.*

Quibus flagitiis par est mulier impudica? Pietas, & verecundia proprius est mulierum caracter; hec earum portio. Ubi duplex hoc frangam amoveatur, nullum scelus est, cui partes non sint. Idne crederet quispiam, nisi suisplemet oculis intueretur? Quousque novissimis hisce temporibus eorum evasit licentia? . . . Page, si requiem amas tuam, usque in extremas terrarum oras, ut cum hujus viri mulieribus consuetudinem omnem evites. Qui cum illis inveniunt familiaritatem, amittunt fortunam, tempus, conscientiam; & haec familiaritas eo magis funesta est, quo magis difficile est ab eadem divelli. *Idem.*

Etiam si eorum omnium, qui miseris has voluptates experti fuerint, confessio satis efficax non esset, ut nos in ipso abyssi ore coniteret, credendum tamen esset verbis hujus Principis, qui in ejus loci abyssi, in quo se ante demersit, extinxit parat, ac vivida eius sapientia lumina, quae Deus fluxit instar in animam ejus infudit. Quotidie magni huius Regis lapsum dehemus; obfuspeimus; quod Rex aden glorioso nomine inter ceteros decorus, ac merito Sapientis nuncupatus, deinde factus fuerit mortalium omnium insipientissimus propter infans cupiditates, quibus se mancipavit; nec sine temore inuenimur divinam hanc, caelestemque animam, carnem factam, propter turpem voluptatis, cui sese addidit, servitutem. Intelligens nequam pollicimus, quomodo indignis ille Salomon postquam regis manus consecravit sancti, magnificaque Templi extructione, eas conquinaverit sacrilego thure, quod caeco more vitium obtulit earum munibus, quas se adorabant. Ignoramus quam incomprehensibili ratione, postquam infinitam illam sententiarum multitudinem protulit, quas ad extremum usque mundi huius fines sapientes omnes admirabantur, adeo nefarias ediciones commiserit, ut precidae dictis pugnantes; eisdemque vitæ spatio nomen suum aeternitati commendans, cum insigni gloria resurgens, tum turpissimis probris sedatam. *Abbas de Jary, Panegyricus de S. Antonio.*

Hic est impudicitiae effectus, in idololatriam impellit: Quid enim interest (Tertullianus ait) utrum lapidea, an carnea adorentur idola? Quid minus criminolus est, in sacrificiis bruta animalia immolare, an animam suam in holocaustum offerre? Nonne quaedam religionis est species affectio, quae impudicus obsecras inheret passioni, cui semper vacat, in qua totus est, cum interim ceteris rebus minime afficiatur? Ut illi satisfiat, aliquid inausum, intentatumque relinquatur? Non locis sanctis, non tebus sacris, non temporibus praecurrit; immo e contra haec omnia adhibentur tanquam administranda, quorum ope tutius nefaria coepa explentur. Cupiditatis meae satisfacere; sensibus meis omnem licentiam, desideris liberum spatium praebere voleo: hoc quo nomine vocandum putas? Nonne haec est idololatria? *Ex manuscripto Sermonem.*

Si Divinae vocis Minister contra hoc flagitium declamat, vel zelo summo in hanc licentiam invehitur, putatur tanquam homo, qui ex alto accedit orbe, qui ob rem nullius momenti exardescit; atque hujusmodi familiaritates omnes negare censetur. Si matrone dixerit, illam sese periculo obicere; egone, inquiet illa? immo sedulo a quovis periculo abhorreo; via enim mihi auferetur potius, quam quilibet alienus, qui nominis meo turpitudinis labem offundat. Hic consanguineus est meus, affinis, amicus, erga quem omnes honestatis sensus foveo. Ita sane dicitis, ita cogitis, & fortasse hoc sentis, non enim tanta cum facilitate ab uno ad extremum alterum transitus fit. Non desit quaedam in nobis naturalis verecundia, quae nonnulli plurimum scelerata catena quadam amittitur. Hoc primum non aliud est, quam veritas, officiositas, benevolentia, amicitia. Verum si illic omnia memoratam eorum exempla, quae aequae ac in constantibus erant, & certae propoliti sui, quibus tamen haec licentia laquei fuerunt, & occasiones lapsum suspensissimum, ne tu quidem praeter honore obfuspefeceres. *Idem.*

Arguemur quidem continuetur.

Hoc vitium in impudicitate, atque idolo-

Ejusdem argumenti.

Familiaritates, & conversationes pecculo.

Quam facile sit labi in hoc vitium.

Si peccatum istud cum ceteris hoc habet commune, quod ideo peccata sunt, quia sunt cum injustitia conjuncta, hoc tamen peculiare habet, quod nullum sit, ad quod tot adducant vie, & cuius accessus adeo sint periculosi. Quidquid in nobis est, quidquid circum nos est, & quidquid nobis procul est, nonne totidem vie sunt, quae nos in impudicitiam inducunt. Intra nos, concupiscentia nonne est stimulus carnis; qui ne sanctissimis quidem hominibus parcat; & a minimo quolibet, ad maximum quisquam ille est, qui pepercit? Divites, & pauperes cum omnes ex eodem luto compacti sint; eodem igne sub centonibus, ac sub purpura ununtur. Ceterum sensus nostri totidem fenestae sunt, per quas nihil tam facile, quam impudicitia ingreditur. Celer intitus effugere potest, ut per oculos ingrediatur; & immo diu vini usus nonno lateat, ac patentes vie sunt ad impudicitiam? Otium nonne uberissimum hujus vitii fons est? Propheeta testatur, hoc in Sodoma, & Gomorrhaim invenisse terribilem illam scelerum collium; & Poetae hac in re adeo sciti, non alteri cause amoris trophaea accepta referenda esse arbitrantur. Ad hoc intemperantia nonne a Patribus impudicitiae efca vocatur? quod sane effecit ut Tertullianus affirmaverit gulam sine luxuria monstrum esse, & quam raro videri, *Gula sine luxuria monstrum est. Idem.*

Quomodo nam vitium hoc exprobrari potest? Quomodo modum horrorem suum in fronte gerit, & aque difficillimum aut da eodem verba facere, quin castigedantur esse; dicentes illud hoc abuti velle privilegio, ac nomine suo effloere, ne quis palam de eo audeat insultare sermonem. In Religione quidam mysteria sunt, quae scrutari nefas est, adeo sunt augusta; at in moribus quaedam sunt iniquitatis mysteria, quae non licet evolvere, adeo invisa sunt, & infamia. Cui igitur periculo memet hodierna die obijco? Legendae fidelium animarum verecundia, an impiorum licentia excitanda? Quomodo caste haberi verba possunt de impudicitia? Sed quomodo taceam, ac tanta flagitia dissimulem? Nunquid effraenata haec sese impune jactabit licentia, quae in omnes vitae condiciones late se effudit; & hoc vitium pudoris inimicum pudorem ipsum tanquam eyleum obtendit contra saecula, quae in illud Scriptura, Patreque contorquent? Hand ita sane, Conemur illud is exhibere coloribus, qui maxime sunt naturales, omnemque illius deformitatem aperiamus. *Idem.*

Cupiditas haec non solum peccatum est, sed peccatorum omnium compendium, peccatorum visus, peccatorum vocis, peccatorum cogitationis, & desiderii. Actiones autem, quae illas audeat representare? Has equidem vobis ob oculos ponere non ausim. In illas omnes effundatur bona, opes, tentata, spiritus ipse, & corpus. Ipsi oblectatur desideria, qui non potest factis explere libidinem. Impudicus est homo peccati, quia illud ubique effundit, ubicumque est, omnibus in locis domi, foris, palam, clam, per se, per alios &c. *Idem.*

Mala, quae parit illis, qui eadem se maculant.

Pena, quae Deus hoc peccatum parit.

Vitium hoc fecum infamia trahit peccata.

Quid? num penis nullam habituris suam inanem, fluxueque voluptatis momentum redimam? Transibunt voluptates: non transibit penitentia; voluptates evanescent, sed pena manebit. *Idem.*

Dei praesentis cogitatio praesens est contra impudicitiam remedium. Quomodo audeas inspicere Deo scelus illud patrare, quod coram gravi aliquo viro non audeas committere? Unicui turpis facti testis maxime forentem coarctet cupiditatem; ac oculus Dei magis terribilis quam omnium mortalium oculi, hoc non obineat? Hic faveat ei fidei, reverentiae, & religionis defectus. Nisi te exhibeat oculus Dei, saltem metus pudoris, quo suffundendus aliquando es extremi iudicii die, videns haec obscena facta, hac ope tenebrarum coram omnibus prodeant, cohibeat. *Pater Nepesin in Christianis Considerationibus, Tomo secundo.*

Quibusdam vitii idem accidit, quod quibusdam hostibus, quibus audeat praelium inferendum est, nonnulli fuisse de illis victoriam reportare velimus: verum non est defuit vitia, quae nonnulli a fugientibus possunt videri; fortitudo omnibus posita est in fuga, & metu, vel saltem fuga, & metus certam efficiunt victoriam. Hujusmodi est peccatum impudicitiae, hic periculosus est inimicus. Jam semivictus est, & omnino nisi vult, qui ad illud accedit, vel illud ad se accedere patitur. Ex quo periculo huic inimico aures praebentur, non procul abest deditio. Saecretas habet cum corde, affectibusque nostris conspirationes, nisi omne proflum cum eodem commercium nobis interdixerimus; quam primum proditio fiet. *Idem.*

Hoc vitium in juventute praecipue gliscit, & potius tenellos corruptit animos, quam coram corda, qui acate tunc prodeunt. Non ideo tamen dixerim in senectute effectus illius non videri, neque inveniri insipientissimos senes, qui aetatis suae gravitatem decurrant, & qui illam turpissimum hoc vitium addegorant. David non erat adolefcens cum in adulterium lapsus est; ac suppetit duorum semum exemplum, qui pudicissimae Susanna stuprum inferre voluerunt, voluptatem deperentes, in impuritatem effraenae, ac miserae suae concupiscentiae mancipia. Eheu! quot impudicissimos horum hominum carnis, sanguisque hominum vestigiis inharent? Quot sub ipsa canitie turpissimam celant cupiditatem, ac pedibus languentibus, atque nutantibus illam trahunt; Quot sub vetustis cineribus impudicas sovent flammam, cumque in impudicitia effraenem traxerint juventutem, cum eadem ad tumulum ferre cupiunt senectutem minus caducam, quam flagitiosam? Turpe commercium illis, quorum albescentes capilli verecundiam, atque sapientiam praesertim debent! *Sermo, qui P. Malsion esse perhibetur.*

Efficit hoc vitium, ut omnium naturalium donorum, quibus cumulati fuimus, jacturam faciamus. Talenta ad quodcumque opus aggrediendum idonea, ingenii vis peritacae, & acuta; spiritus qui aliquando familiae suae decus acquirere, patriaeque utilitati prodesse possit; lumen atque felix discretio, in intelligendo facilius, in regendo prudentia, in persequendo sapientia; recta studia, optime institutiones; omnia haec bona uno hoc tantum vitio dissipantur. Mens hebetatur, cor corruptitur, sublimis spes, quae concepta fuerant, evanescunt, ingenium effertur, lantha sunt turbiditudo, atque non aliud in ejus laudem affirmari potest, nisi quod summam nominis celebravit sibi comparasset; nisi hoc illi vitium dominatum fuisset. *Idem.*

Cæce adolefcens! Nonne vides callem hanc, cuius initium floridum est, roscique in ipso aditu compositum tandem in exitu spinis, tribulisque crudelibus replentur? Quomodo quis ingrederis est inferni praeparationa; non ad mortem duxit, sed in interiora Provo. 7. mortis adducit, hoc est in altissimam iniquitatis abyssum. Fallax haec Dalila tantam manu tenet forcipem fatalem, qua carcerem, in quo totum robur tuum positum est, resecat. Dolose ejus illecebrae omnem animam tuam vim molliunt, omnesque auferent virtutes, quae illis sunt ornamenta. . . . Infidia, quas illi creare struis, efficiunt, ut decidas in fossam, quam sub pedibus ejus effodisti; cor tuum praeda sit oculorum tuorum adulterorum, ac ipsum ante cetera impudico obtutu conditor. Infelix hoc momentum primus est gradus, per quem in tuam reprobationis abyssum descendis; hic intuitus, qui totum trahit animam post objectum, quod tibi blanditur, prima est scintilla inferni, qui

Cogitatio praesentis Dei remedium est peccatum.

Vitium hoc nonnulli fuisse de illis victoriam reportare velimus.

Juventus huic peccato magis obnoxia, quam aetate.

Efficit, ut omnes virtutes docturaeque utilitati prodesse possit.

Malum inchoat in ipso aditu compositum tandem in exitu spinis, tribulisque crudelibus replentur.

te in

te in hac, & in altera vita consumet; hoc initium est malorum...

Impudicitia terribilis est...

Peccatum hoc parit in anima terribiles tenebras; ita ut videns non videat, audiens non audiat...

Supplicia, quibus Deus hoc poenit peccatum.

Quid Christiano dicendum est, ut hujus vitii sententiam hortentur? Eheu! vide, vide adhuc sumum...

Impudicorum negligentia, & castitas.

Hujusmodi homines scire dediscunt, quinam ipsi sint. Nullius rei habent rationem; non vident quod videbant...

Quo hinc libido impellat.

Quouque mortales hoc scelus impellit? Nulla sunt negotia, que non deficiant, nulla pericula, que non subeantur...

Sexcenta mala, quorum causa est libido.

citia loquar, non loquor solum de turpibus factis, que satis humana consideratio coercet...

Exteriora mala, quorum causa est.

Verè affirmari potest peccatum hoc esse causam omnium malorum. Hoc bellum in Regnis, seditiones in civitatibus...

Tertullianus ait impudicum amorem quemdam habere nexum, & quoddam veluti commercium cum aliis omnibus criminibus...

Impudicus omni criminum capax.

Diceret naturam per se solam non posse nos in hoc flagitium pertrahere; opus esse, ut arte ad id excitemur...

Hoc in vitio naturæ ars additur.

Quomodo nam mundus corruptus innocentem christianæ institutionis caracterem in ridiculum traducere conatus non est? Quam indignè hujus rei imaginem in secula fuerant exhibiti?

Mala educatio, præcipueque illius qui adolescentibus spirantur, eorum nocentissimum corruptant.

Quouque mortales hoc scelus impellit? Nulla sunt negotia, que non deficiant, nulla pericula, que non subeantur...

cura celare contendis? Quis timor ne amor tanta dissimulatus arte aliquando erumpat, vel a vigilantia parentis, vel a sponsi zelotypia deprehensus?

Exteriora mala, quorum causa est.

Davidi peccanti. Tu fecisti abscondere, ego autem faciam in conspectu solis. Frustra commoda inquiritis tempora, secretaque accessus...

David. 14.

Alla mala que hæc cupiditatem conficiunt.

Ecce alios longe sententiosius ejus cupiditatis effectus, quam damno. Quæ turba ad minimam infidelitatis suspicionem? Quis furor in eos, a quibus amoris vestri obiectum præcipitur?

Hoc in vitio naturæ ars additur.

De iniunctis cogitationibus, que animo nostro obversantur, nulla sunt, quibus minus fidendum sit, quam impudicis; nulla sunt, que ita sensum, & sine sensu animum corrumpant...

De impudicis cogitationibus.

De iniunctis cogitationibus, que animo nostro obversantur, nulla sunt, quibus minus fidendum sit, quam impudicis; nulla sunt, que ita sensum, & sine sensu animum corrumpant...

Omnia id cordis carpitur impudiciorum impendunt.

Omnia ad nos perdendos impenduntur, ac nulli rei parititur; quid enim ad id non adhibetur? Vestes locupletes, ac pretiosæ, ornamenta, joci, acamina, facietie; & etiam si pura profunderent, & simplicia verba, nonne mens illa in lævum sensum detorqueat?

dine illeceum, facile hosti oppugnanti vietas dat manus. Idem.

Deus cum Noe loquens testatus est futurum ut spiritus suus non permaneret in homine, quia non aliud erat, quam caro: Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.

Infirmitas, ut attenditur, non habet invigilantiam. Grad. 6.

Natus eras egregiis præditus dotibus, naturam vero tuam egregia educatio perfecerat. Corporis qualitates in te præclara hæc bona corruperunt, & everterunt spem illam, quam omnes conceperant.

Quomodo vitium hoc perditur.

Cato lucis vacans voluptatibus rationis imperium assequitur; & inde accidit, quod spiritus carnalis effectus sensibilibus tantummodo rerum cognitione inhæret, & ea confectatur, que sensibus præsentantur.

Quomodo hoc vitium spirituum recordemur.

Animales spiritum non habentes, quidam Apostolus inquit, & quemadmodum in Genesi dictum est: Omnis caro corrumpat viam suam. Hinc fit, quod quemadmodum diluviano tempore, quo omnes mundi fordes fuerunt deterge, dicitur, pœnituisse Deum, quod adeo speciosam effinxisset creaturam, quam deinde adeo corruptam, deformatamque intuebatur.

Epist. 7. Genes. 6.

Quinam conscientie penitus ante hoc scelus? Si impudicus nondum tenuisset Dei timorem excussit; omnia principia, instituta omnia sanctæ educationis, que momento contra illum insurgunt. Dei oculi, qui illum videt; iudicium formidabile, quod expectat, ignis, qui comburendus est, infelix æternitatis illi intentata, quænam tumultus, atque formidinis causa? At suffocavitne jam conscientia suæ stimulos? hominum tamen oculi semper evitandi sunt; mundus enim licet sit nequam, vitium tamen ferre non potest. Igitur mensuræ captandæ sunt, occasiones aucupandæ; recensenda momenta, diligentissima ratio temporum, & locorum habenda: est agnoscendum solliciti patris oculus, fallenda mater omnibus gestibus explorandis intenta; singulari momentis trepidandum, ne deprehendamur, prævertenda sunt etiam inanes sollicitudines, quas metus parit: Integro

Sollicitudines, que tumulcosi, qui hoc peccatum præcedunt.